Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9191
Copyright: Melk, Benediktinerstift

dio dierum meorum: in generatione et
generatione anni tui. Initio tu domine
terram fundasti: et opera manuum tuarum
sunt celi. Ipsi peribunt tu autem permanes:
et omnes sicut uestimentum ueterescent.
Et sicut operiens mutabis eos et muta
buntur: tu autem idem ipse es et anni
tui non deficient. Filii seruorum tuorum
habitabunt: et semen eorum in seculum di
rigetur.
Benedic anima mea domino: et omnia que in
tra me sunt nomini sco eius.
Benedic anima mea dno: et noli obliuisci
omnes retributiones eius. Qui propiciat
omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat om
nes infirmitates tuas. Qui redimit de
interitu uitam tuam: qui coronat te in mi
sericordia et miserationibus. Qui replet
in bonis desiderium tuum: renouabitur